

Gottfried Christoph Claudius

**Specimine Exegetico Ad Pericopam Evangel. In Fer. III. Pentecostal. Ioh. X. 1-10
Viro ... Domino Carolo Gottlob Hofmanno SS. Theol. D. ... Ephoro Sibi Recens
Dato Stvdia Doctrinam Et Mores Probare Congratvlabvndvs**

[Erscheinungsort nicht ermittelbar]: [Verlag nicht ermittelbar], [1740?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn870257390>

Druck Freier  Zugang



ca.

38

Fa-1092.(38.)



2.

2.5

2.7


9.

2.

6.

13.

14.



SPECIMINE EXEGETICO

AD

PERICOPAM EVANGEL. IN FER. III. PENTECOSTAL

IOH. X. 1-10.

V I R O

MAGNIFICO SUMME REVERENDO AMPLISS
EXCELLENTISSIMOQVE

DOMINO

C A R O L O

G O T T L O B

H O F M A N N O

SS. THEOL. D. ET PP. CONSIST. ECCLESIASTICI
ASSESSORI CIRCVLI SAXON. SVPERINT. GENERALI
AD AEDEM VITEMBERG. MARIAN. PASTORI
SICVT ET ALVMNORVM REGIORVM
INSPECTORI

EPHORO SIBI RECENS DATO

STVDIA DOCTRINAM ET MORES PROBARE
CONGRATVLAVNDVS CONATVR

M. GODOFR. CHRISTOPH. CLAVDIVS

VERBI DIVINI, APVD PRATOVIENSES, PROPTER VITEMBERGAM, MINISTER

31.

SPECIMINE EXEGETICO

AD

PERICOPAM EVANGELII IN REEL. III. PENTECOSTAE

IOH. X. 1-10.

VIRGO

MAGNITICO SUMME REVERENDO AMPLISS.
EXCELSISSIMOQUE

DOMINO

CAROLO

GOTTLIBO

HOFMANNINO

SS. THEOL. D. ET. P. CONSIST. ECCLESIASTIC.
ASSESSORI CIRCVLI SAXON. SVPERINT. GENERAL.

AD AEDEM VITEMB. MARIAN. PASTORI

SICVT ET ALIIVORVM REGIORVM

INSPECTORI

EPHORO SIBI RECENS DATO

STVDIA DOCTRINAM ET MORES PROMARE

CONGRATVLABVNDVS CONVIVAT

M. GODOFR. CHRISTOPH. CLAVDIVS

VERBI DIVINI ACVD. SEPTVAGINTES. PASTORIS VITEMB. MINISTER

VIR
 MAGNIFICE ATQVE SVMME
 REVERENDE
 THEOLOGE AMPLISSIME
 EXCELLENTISSIMEQVE



Extinctus est, nuper admodum, quod
 Programmate Academiae Vitem-
 bergensis Magnifici Rectoris, post
 rumorem incertum, confirmati-
 us, accepi, mortis celeris *εὐθρανα-*
σιον nactus, S. R. ABICHTIVS.
 Extinctus etiam, fato propemo-
 dum pari, anno superiore, praefecturae circuli Saxo-
 nici Vitembergae curator, CARPZOVIVS, uter-
 que meus, ille Ephorus, hic, Regis nomine, Patronus.
 Dicit profecto aegerrime potest, quanto affectus sim dolo-
 re, quod duumiri, plane insignes, saluti Ecclesiolae Pra-
 rouiensis dati, atque auxilio meo, alternis vicibus, intenti,
 inopina morte, ministrorum Ecclesiae adiumento privi,

uum obire diem necesse habuerint. *Nunc, quod alicubi LACTANTIVS, post tantae tempestatis uiolentos turbines placidus aer, et optata lux refulsit.* Sicut uidelicet non parum laetatus fui, quod, in locum CARPZO VII, HEYDELMANNVM, Virum pium, iustum et prudentem, acceperim Patronum, sic prorsus exhilaratum memet sentio, ABICHTII loco, Ephorum suspici debere HOFMANNVM. Salve! proinde milles THEOLOGE, VIR DEI, EPHORE desideratissime, salue! Impertire, quaeso, facultatem, TIBI ab initio statim, et doctrinam, et studia, et uiuendi rationem omnem probare gestiendi, specimine quodam Exegetico, ad Pericopen Euangelicam Ferae tertiae Pentecostalis, quarum prima ABICHTIVM, iter, perhibent, Lipsiense meditatum, moereo, extinctum.

Pharisaeos alloquitur IESVS CHRISTVS, Saluator noster, non, quod BACKIO excidisse uideretur, a) discipulos suos, scilicet istos sanctulos, qui coecum sanatum eiecerant Io. IX, 22. 34. quique coeci esse nolebant u. 41. haud parum coecutientes. Io. X, 6.

o) Eo quippe impietatis facinorosa prolapsi erant in primis, ut Messiam, qui יהוה ישי Pf. IV, 4. XVI, 10. קיץ Ies. LIII, 11. Ier. XXIII, 5. Zach. IX, 9. כִּשְׁרֵי שְׁרֵי Dan. IX, 24. Luc. I, 35. Io. VIII, 46. Act. XXII, 14. Ebr. VII, 26. rectissime credebatur, b) ἀμαρτωλὸν uituperarent, Io. IX, 24. c) sanatumque eius discipulum u. 28. summo iure Synagoga eiectum u. 34. At enim hoc nomine purgare se, una cum sanato coeco, istis conuicatoribus, sicut antea Io. VIII, 46. satagit OS VERITATIS mansuetum. Vnde Euangelium Io. X. 1-10. in tres commode partes abire putarim, quarum

I. Apo-

a) Exposit. Evang. P. II. p. 538.

b) Vid. LAMPE Comment. ad Jo. IX, 24. Tom. II. p. 574.

c) Emphasin uocis STOCKIVS in Clauē p. 86.

- I. Apologiam Messiae u. 1. 4. continet,
- II. Apologiam discipuli eius u. 4. 6.
- III. Posterioris latiore explicationem u. 7. 10. quam deinceps sequenti pericopa u. 10. sqq. excipit deductio operosior prioris.

Priori ergo Apologia ostendere debet **SERVATOR OPTIMVS**, se neuiquam peccatorem, sed uerum Messiam esse. Id uero argumentis edecumatisissimis, ex characteribus Messiae indubiis, excellenter fecit.

1. ab ingressu in ouile Iudaicum per ostium legitimum u. 1. 2.
2. ab apertura ostii per ianitorem u. 3.
3. a uoce pastoris dudum peruulgata u. 3.
4. ab Synagogae abrogatione solemnii u. 3.
5. ab Ecclesiae N. T. institutione u. 4. petito.

Apologiam discipuli binis absoluit argumentis.

1. a professione fidei Messiae debita u. 4.
2. a uitatione seductorum u. 5. desumpto.

Deductio bina haec argumenta latius exponit allegando

1. unitatem ostii ouium N. T. u. 7. 8.
2. lucrum capiendum u. 9.
3. damnum uitandum u. 10. ex quibus omnibus pronoueluti alueo sequitur, neque uisui restitutum ἀποσυ-
νάγωγον quidquam deliquisse.

Ἀμὴν Ἀμὴν λέγω ὑμῖν. Hac, sibi consueta, adseuerandi formula, quam non male Characteristicam Messiae ex 2. Cor. I, 20. Apoc. III, 14. dixeris, d) orditur Apologiam, eaque non leuidensia, sed res maximi momenti, ὡς ἐξουσιῶν ἔχων Marc. I, 22. digitoque uelut intento, indicat, se prolocuturum, argumento statim primo Pharisaeorum petulantiam

A 2

*) VITRINGA ἀνάγκη. Apocal. p. 153. sq.

tiam reuinciens u. 2. ἰδοὺ δὲ ἰσπερχόμενος διὰ τῆς θύρας ποιμὴν
ἔστι τῶν προβάτων: Quicunque scil. inquit, per fores, ordi-
narie apertas, caulam ingreditur, ille uero, tantum abest,
ut sit fur, latro, uel alius peccator, ut potius pro Pastore
ouium legitimo ueniat habendus, assumptione iudicio au-
dientium permiffa tantisper, dum ipse eo ueniret. At duo
ramen hic examinanda erunt, primum, quare ab ouibus
praecise, nec aliunde, parabolam sumat? alterum, num ar-
gumentum procedat, quod, qui per ostium ingrediatur,
certo sit Pastor, nec fur, uel feruus, uel amicus? Iam sicut,
quod ad prius, mihi persuadeo, Seruatorem iterum ἐπὶ τῇ
προβατικῇ. Io. V, 2. uersatum, ubi locus erat in Bethesdae
candidatis miracula edendi ualde opportunus u. 3. Exper-
tus id erat antea claudus, & IESVS causam dicere sustine-
bat u. 16. sqq. 43. nunc, Hierosolymas reuersus, coeco simile
exhibet beneficium, ab una piscina forte ad aliam conten-
dere iusso u. 7. et a Pharisaeis hoc nomine per obliquum pe-
titus, ab ouibus et caula παραμίσου desumit. Sicut, inquam,
occasionem hanc fuisse, putarim, sic facile, quod ad posteri-
us, concesserim, introitum per fores pastorem indubitato
nequaquam demonstrare. Hist. Susan. u. 16. Sed dubium
non est, Seruatorem, uel ipsa hac apparente argumentandi
infirmitate, aduerfariis suis in memoriam reuocare uoluisse
uaticinia, quae apud Prophetas de unico Pastore, Ezech.
XXXIV, 23. Ies. XL, II. legerint praenuntiata. His enim
collatis, ualet argumentatio: Quicunque, ex praedicto Pro-
phetarum, per fores ingreditur caulam, ille Pastor est ou-
ibus destinatus: ille est Messias uerus. Ecquaenam uero
αὐλή? Uno uerbo: *Ecclesia Iudaica*. Io. I, II. Quod ipsum,
quo minus in dubium uocari possit, ipse efficit CHRIS-
TUS, paullo post pericopam nostram u. 16. pro-
nuntians, se alias praeterea oues habere, quae non sint
ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης, etiam adducendas, Ies. LIII, 6.
Haec

Haec si contendas cum Matth. XV. 24. atque addas GVS-
 SETI ad Exod. XV. 13. obseruationem, *ipsum templum ad*
quod Angelus foederis Mal. III. 1. uenerat, caulae conferrī,
 e) non uideo caussam, ob quam ouile, de quo sermo, pro
 Ecclesia Iudaica, siue synagoga, non debeat haberi. Iam n.
 diuinatu facile, quid per Θύραν εἰς τὴν αὐλήν significetur.
 Est uidelicet ostium, quod ab ostiario aperitur, non aliud,
 quam quod David Ps. XXIV. 7. per **פתח** **עש** du-
 dum indigitauit, *animus ouium* in caula Iudaismi detenta-
 rum. Hac n. notione uocabulo θύρας iterum Ioannes
 usus Apoc. III. 20. f) ad quae uerba huc non incommo-
 de D. HOE: *Filius DEI corda et obices referat penetrali-*
um: nos ianuam externam tantum aperimus aures patulas
duntaxat uerbo praebemus. g) Non alia uidetur ianua cau-
 lae, quam attentus animus, utpote qui, simulatque atten-
 tionem praeconio Euangelii praebet, ad excipiendum Ser-
 uatorem aperitur, cum antea, ueluti ianua obserata, pra-
 iudiciorum ui carnalium erat opertus. — Act. XVI. 14.
 Sed de his plura in sequenti, ubi, nouo argumento, ab
 apertura ostii legitima, se peccatorem non esse, demon-
 strat IESVS.

Τούτω ὁ θυρωρὸς ἀνοίγει inquit u. 3. atque tacite argu-
 mentum struit: Cuicumque ostiarius, ceu proprietario
 stabuli, aperit, ille profecto non est peccator, sed Messias,
 et operae fuerit pretium, hoc loco obseruasse, quis speci-
 atim

e) Ier. XXIII. 3. ROBERTSON Thesaur. p. 566.

f) Conferantur ea quae ad loca Act. XIV. 27. 1. Cor. XVI. 9. 2. Cor. II. 12.
 Col. IV. 3. commentantur WOLFIVS in Cur. aliisque interp.

g) Commentar. ad h. l. Lib. I. p. m. 429.

atim sit θυρωρός, quid ostii apertura. Hic, quamuis nullus negauerim, Spiritum S. ianuam cordium humanorum aperire, Act. XVI. 14. magis tñ. prope nominari puto Ioannem Baptistam, in ministerio, sibi præ aliis demandato, constitutum. Illi namque requisita ostiarii apprime quadrant. Erat uidelicet *seruus* Pastoris, huic in primis negotio iam olim destinatus Io. I. 23. 27. ad ostium ouilis adhuc in lumbis parentis Luc. I. 5. 8. *excubabat*, cuius cura ad אֶל-פִּתְחֵי הַבַּיִת Ezech. XLIV. II. dubio procul etiam referenda. h) Praeterea θυρωρέων eius, ex more prisco, i) erat inter duas ianuas, alteram V. T. clausam, alteram N. T. aperiendam Matth. XI, 13. Et sane, aperuit fores PASTORI, permouens ad assensum praeconio Euangelii praebendum. Haec enim nec alia fuit apertura. Quemadmodum PLV-TARCHVS de audiendis Poetis eleganter informationem dixit προαναίγειν καὶ προσκλίνειν τὴν τῆ νῆς ψυχὴν τοῖς ἐν Φιλοσοφίᾳ λόγοις. k) Sic Ioannes, aperiendo ianuam ouilis, pariliratione, הַשִּׁיב לְכֹהֵן עַל-בְּנֵי Mal. III, 24. Non abludit a scopo nostro Cl. BATTIERIVS in Biblioth. Bremensi, quando per *θύρων* *aures* intelligit *illorum, qui Euangelium CHRISTI annunciatum admiserunt. Has enim esse, per quas, tanquam per portam, ingrediatur fides in CHRISTVM.* Rom. X, 17. l) et placet FESSELLII hanc in rem obseruationem huc adferre integram. Ita u. ille: *Aurem aperire alicui est captare attentionem, hominem ad audiendum excitare, et ad intelligendum disponere, quod Act. XVI, 14. dicitur διανοίγειν τὴν καρδίαν aperire cor, quam phrasin et Iudaei*

h) Conf. LVNDIVS Iudisch. Heiligth. p. 528. 661. 755. sqq.

i) Vid. SAGITTARIUS de ianuis c. XVI. §. XVII. p. m. 99.

k) Vid. CLERICVS Art. Crit. P. II. Sect. I. c. IV. §. 12.

l) WOLFIUS Cur. Philolog. ad I. Cor. XVI, 9. p. 561.

dae usurpant in Seder Thephilloth Lusitanor. p. 192.
 ופתח להם לבנו כתורתו הוא יפתח ipse est, qui aperit cor nostrum in lege sua, *b. e. qui facit, ut legem ipsius intelligamus.* Hinc Ies. XLVIII, 8. *etiam ex eo tempore* לֹא פִתְּחָה לְךָ אָזְנוֹךָ *non aperta est auris tua, cordis nempe et mentis, non corporis.* Loquitur Prophetas de obduratione animi, et contumacia cordis, doctrinam omnem, et eius sanum intellectum respicientis. Haecenus FESSELIVS m)

At nunc Seruator O. M. nouum defensionis suae adiicit argumentum, illudque a uoce sua, ouibus haud incognita, depromit. Nam hoc certissimum, quod, quemcunque, uocem discernere catae oues, ex soni proprietate, unicum pastorem agnoscant, ille fur, latro, aut peccator alius non sit. Sed τὰ πρόβατα, pergit, τῆς Φωνῆς αὐτῆ ἀκούει. Et uocis notio hic suum pondus habet, et auditionis. Vox enim IESV non alia erat, quam quae per omnia consentiebat cum Prophetis Ies. LXI, 1. Matth. XI, 5. Luc. XXIV, 27. 44. Act. X, 43. XXVI, 22. uox iis praecipue Hierosolymis ualde nota, qui cum Simeone Luc. II, solatium Israelis expectabant: uox praeterea in uulgo nota. Matth. VII, 29. Io. VI, 14. VII, 46. Non ergo poterat non uox tam eximia, tam salutaris, tam expectata agnosci. Et enim τὸ ἀκούειν, quod de ouibus praedicatur, hic non modo auribus haurire notat, sed m. qualis et cuius sit, iudicare, ita, ut sponsa CHRISTI, sponsum et sponsorem suum loquentem audiens, ouando exclamet: קול ה' ה' Cantic. II, 8. n) Distincta haec uocis perceptio negatur sociis Pauli Act. XXII, 9. et Samueli, 1. Sam. III, 5. sqq. o) Idem quippe ἀκούειν h. l. est, quod τὸ ὑπακούειν e. g. ancillae Rodae, quae studiose admota ad ualuas aure, uocem Petri agnoscebat.

B

Act.

m) Aduersar. Sacr. Lib. VIII. c. I. §. 17. p. 220.

n) GATACKERVS Opp. c. 90. sq.

o) Conf. THADDEI Conciliat. Biblic. p. 242.

Act. XII, 13, seq. collat. 2. Cor. X. 5. 6. atque rectissime citatur a SCHWARZIO literatissimo PHILOSTRATI locus: *Ὁξυχῆς γὰρ ἦκετό, καὶ λεπτόν, καὶ ἐπίτονον, ὡς περ ἢ φύσις τῆς εὐνεχῆς ἤρμοκε*, ubi *ἀκσεῖν nostrum auditu distinguere quem a quo, ex uoce cognoscere*, interpretatur. p)

Quartum argumentum abrogationem synagogae concernit, quam hic loci, ex sententia HIERONYMI uera, Ecclesiae Christianae opponimus, q) atque cultum in primis Leuiticum intelligimus, quo, ueluti angusto stabulo, oves V. T. continebantur. Verba Seruatoris sequentem in modum accipe: *καὶ τὰ ἴδια πρόβατα καλεῖ παῖ ὄνομα καὶ ἐξάγει αὐτὰ*, atque inde, si lubet, collige, quod, qui eam abrogare uelit, oporteat esse uerum pastorem. Nam fieri ex promisso eius, qui fallere nesciat. Jer. XXXI, 31. Ebr. IIX, 8-13. Hinc adeo primo discrimen patet inter *τὰ ἴδια πρόβατα τῆ ποιμένος & inter τὰ πρόβατα τῆς αὐλῆς*. Non n. omnes oves caulae Iudaicae erant Pastori fide atque professione addictae, quia multae auribus audientibus non audiebant Matth. XIII, 13. multae m. in ipsum sine confessione credebant. Jo. XII, 42. sq. priores, pro omniscientia sua, Jo. II, 25. nominatim euocabat, sicut in uocatione discipulorum Matth. X, 1-5. Luc. X, 1. sqq. et in baptismo, Marc. I, 5. Jo. II, 23. IV, 1. 2. VII, 31. XI, 4. 5. XII, 42. etc. uidere est, illasque non euocabat solummodo, sed reapse ex Synagoga educebat oves proprias. Ezech. IX, 4. Liberabat illas a iugo legis ceremonialis, cuius, ueluti septis, grex coarctabatur.

p) Commentar. Lingu. Gr. N. T. pag. 48. Vltioris u. illustrationis ergo comparari possunt, quae ex LONGI Pastoralib. attulit MAIVS, Obseruatt. sac. P. III. p. 112.

q) Conf. GERHARDVS Loc. de Eccles. Tom. IV. §. 5. 6. f. 218. sq.

tur. Zach. IX, II. Act. XV, 10. Matth. XXIII, 4. Quo factum, ut Synagoga, Pharisaeorum traditionibus, splendore pristino, atque magnifico habitu exuta, ouili tenui atque uiliori haud abfimilis, honeste sepeliretur. Concinne, ut solet, hunc in sensum DANNHAVERVS, *Synagoga usque ad CHRISTVM uixit: CHRISTO moriente, mortua est: usque ad excidium urbis honeste habitata: cum ipsis urbis cineribus, destructo templo, ac hostiis deficientibus, sepulta.* r) quibus adlegi iucunde potest altercatio Ecclesiae et Synagogae AVGVSTINO tributa. s) Causam abiectionis Jesaias dudum praedixerat c. L. I. sqq. et Hoseas c. II, 2. sq. t) repudiatum Messiam, et MORNAEVS propriam Judaeorum confessionem non male allegat, aiunt Hebraei, inquit, *Spiritum magnae Synagogae, qui utcumque Prophetiae defectum supplebat, cum Simeone iusto (de quo apud Lucam c. I.) defecisse, et cessarunt m. protinus peculiare huiusce templi benedictiones, seu dotes, quae in Talmud recensentur.* u)

Ultimo denique prouocat ad institutionem Ecclesiae N.T. uerbis: *ὅταν τὰ ἴδια πρόβατα ἐκβαίῃ ἔμπροσθεν αὐτῶν πορεύεται.* Sane qui adeo publice oues ex propria caula emittit, qui, pastoris more, gregem sequacem anteit, illum nemo, nisi maleuolentissimus, pro fure latebras quaerente habebit. Notamus a. ex oratione IESV, quod sibi τὸ ἐκβαίῃ non minus sumat, at multo rectius, quam Pharisaei, miserum e synagoga eiicientes. Io. IX. 34. Ab iis quippe conscientiarum tyrannis brutum excom-

r) Hodosoph, VI. p. m. 242.

s) Vid. Tom, VI. Opp. Basil. f. 54. sqq.

t) Vid. WIGANDVS Corp. doct. V. T. c. 103. lin. 42.

u) de Veritat. rel. c. XXIX. p. 635. edit. Breith, 4to.

municationis fulmen in confessorum ueritatis iniquissime uibratum erat, ideo exosum, quod easdem nequitiae tibi- as cum interfectores animarum inflare uolebat. x) IESVS u. licet oues suas etiam ἀποσυναγωγῆς faceret, non tn. diris deuoebat, sed ad gregem meliorem, Ecclesiam N. T. perducebat, cuius dux est atque auctor IPSE. En tibi uero Ecclesiam hic loci primum plantatam, primam, finiente VOETIO, infidelium ad fidem conuersorum ad corpus Ecclesiasticum collectionem, seu primam Ecclesiae constitutionem z) En tibi iucundissimam imaginem a Seruatore ipso depictam, Ecclesiam N. T. ceu gregem cum Archi-Pastore duce! Non ergo calumniemur cum Phariseis, sed, intento mentis oculo, iutueamur τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελεωτὴν ΙΗΣΟΥΝ Ebr. XII. 2.

Sic, feliciter absoluta pro se Apologia, ouiculae suae ἀποσυναγωγῆς defensionem suscipit Seruator clementissimus, binis solummodo argumentis, altero, a professione fidei Messiae debita, altero, a uitatione furum iustissima, desumpto. Ad prius spectant omnino uerba u. 4. καὶ τὰ πρῆβατα αὐτῷ ἀκολοθεῖ ὅτι οἶδασιν τὴν Φωνὴν αὐτοῦ. Quid u. magis peccati expers, quam nomen suum unico Pastori profiteri, atque uel sic uocem illius cognitam sequi? Quod enim praesens ἀκολοθεῖν externam praecipue Christiani professionem nominis designet, qualis u. g. Simonis Act. VIII. 13. 21, ex eo planum est, quod Pharisei de internis iudicare, neque poterant, neque debebant. CHRISTVS uidelicet solus statue-
re

x) Rationem excommunicationis Iudaicae optime docuit VITRINGA de Synagog. uet. Lib. III. P. I. c. 9. p. 739. sq. 743. sq.

z) Dispp. Selectar. P. II. p. 552.

re poterat de fide recens sanati Io. IX. v. 35. sqq. adorationem externam v. 38. a Pharisaeorum calumnia peccati v. 34. uindicabat axiomate, quod ouis uocem pastoris cognitam sequens, non peccet. Vocem, repetit, norunt oues, h. e. assentiuntur Euangelio, de ueritate eius conuictae. Quemadmodum n. Φωνή προφητῶν Act. XIII. 27. doctrinam Prophetarum, eundem ad modum h. l. Φωνή ποιμένος doctrinam CHRISTI significat et Pastorem, uocem edentem, seu uocantem sequi, nihil est aliud, quam doctrinam eius fide amplecti. CYRILLVS profecto Alexandrin. illud Io. VIII, 12. non aliter interpretatur ὁ ἀκολουθῶν ἐμοί, inquit, τούτ' ἐστίν, ὁ κατ' ἰχνη βαίνων τῶν ἐμῶν διδασκαλιῶν, aa) uel, uti IESVS ipse u. 31. reddit, μένειν ἐν τῷ λόγῳ. Nam sequela nulla, ubi assensus doctrinae praebetur nullus. Interim *melioris doctrinae gratia*, cum GERHARDO *distinguere possumus inter oues CHRISTI. Quaedam n. interius tales sunt, uidelicet uere pii, qui, per efficacem Spiritus S. operationem, interiore cordis assensu et fiducia uocem CHRISTI audiunt, eamque sequuntur: quaedam u. exterius duntaxat tales se gerunt, uidelicet, quae absque interiore cordis regeneratione exterius profitentur CHRISTI doctrinam.* bb)

Idemque plenius conspicitur ex sequenti argumento, a uitatione seductorum iusta. Ἀλλοτρίω δὲ ἢ μὴ ἀκολουθήσωσιν, ἀλλὰ Φεύξονται ἀπ' αὐτῶν, ὅτι οὐκ εἶδασιν τῶν ἀλλοτρίων τὴν Φωνήν. u. 5. ut qua circumspeditione prouida iterum nihil delinquebatur a coeco sanato.

B 3

Nam

aa) Apud SVICERVM Thesaur. P. I. c. 162. Ceterum de ualore τῷ ἀκολουθεῖν uideri meretur GLASSIUS Ph. S. p. 1089.
bb) Tom. V. Loc. de Eccles. §. 127. f. m. 319.

Nam ἀλλότριος, hic opponitur τῷ ποιμένι atque describitur tanquam πρὸ ΧΡΙΣΤΟΥ ἐρχόμενος κλέπτης καὶ ληστὴς, u. 8. tanquam μισθωτὸς καὶ ἐκ ὧν ὁ ποιμήν: u. 12. uno uerbo hostem et aduersarium iam HOMERO designat ἀλλότριος Φῶς, ubi filius Lycaonis iurat:

Ἀυτὴν ἔπει' ἀπ' ἐμέο κάρη τάμοι ἀλλότριος Φῶς. cc) ubi m. Scholiafles addit ἀλλότριος Φῶς, πολέμιος ἀνὴρ, atque DACIERIA interpretatur *un étranger* subiecta nota: *C' est à dire, par les mains de l'ennemi. Cette expression est ordinaire dans l' Ecriture sainte.* dd) Unde hoc m. loco notat aduersarium, et hostem Euangelii 2. Pet. II. 1. Iste uidelicet, ouina pelle indutus, uoracissimus lupus, Matth. VII. 15, fur, atque lanio animarum, Harpyia atque uera Hyena, quae canum uigilum, immo Pastoris ipsius, uocem imitata, incautas oues perimit. Num u. piaculum foret, ab eiusmodi caularum pestibus fugere? Oues profecto

discernere catae, quid solidum crepet, rumpent moram, atque cito pede fugient, ne deuorentur. Nam ignorant ἀλλοτρίων istorum nequam uocem, non ignorantia quadam bruta, atque fatua, sed cum maxime pia et affectata. Sicut Hierosolymitani quondam ignorabant uocem Prophetarum hebdomadatim praelectam Act. XIII, 27. sic illae ignorant inuicem hyenarum uocem, quotidie auribus animoque appellentem. Οὐκ ἴδασι, interprete STOCKIO, *conuotato assensu, fundamento diuinæ reuelationis, uel promissionum diuinarum innixo, sine haesitatione et dubi-*

cc) Iliad. E. 214. p. 99. edit. Heruagian.

dd) L' Iliade d' Homer. Tom. I. Liu. V. p. 208. יְהוָה יְהוָה Ief. I. 7. Conf. Ebr. XI. 34. FLACIUS Clau. P. I. uox. *Peregrinus* c. m. 876. יְהוָה Prou. XXII. 14. adulterae. Conf. ALMELOVÉEN *Opusc.* p. 34.

dubitatione, fide Rom. VIII, 28. X. 30. ee) Nam seductores, quae FLACII uerba, loquuntur distorta, abutunturque χειρολογίους et εὐλογίους ac inanitate, nouitate, denique quadam granditate tumiditateque uerborum et totius sermonis, ad iactantiam et impostunam magis, quam ad docendum compositi ff) Rom. XVI, 18. Quotusquisque proinde hos tales fugerit, sane peccauerit, ea cautione, nunquam.

Restat uberior declaratio Apologiae huius posterioris, hinc unitate ostii, hinc lucro capiendo, hinc damno uitando allegatis. Non uereor, hunc sermonem, quamquam alio tempore a Senatore prolatus uideatur, declarationem proximae Apologiae nominare, quia, uel sola particula *πάλιν* v. 7. ne quid de similitudine argumenti dicam, illud suadet. Quamuis enim ad eruendam notionem particulae *πάλιν* Syriaicum, cum DILLHERRO, aduocare nolum, Graeca tamen significatio iam abunde satisfacet. Nam pure Graecis, ipso fatente, significat hoc uocabulum iterum, rursus, denuo, ut ita sit repetitiua particula, quae notet repetitionem rei iam factae, aut sermonis iam dicti &c. gg) Ad maiorem confirmationem repetiti argumenti non parum facit repetitio iuramenti Characteristici v. 7.

Adeoque primum declarationis argumentum, ab unitate ostii Ecclesiae N. T. petiunt, quod unum esse arguunt uerba disertata. *Εγὼ εἰμι ἡ Θύρα τῶν προβαίων* collat. Io. XIV. 6. Act. IV. 12. atque oppositio *πάντες ἴσοι πρὸ ἐμῆ ἤλθον κλέπτου εἰσὶ καὶ λησάι*. Ex eo n. sequitur, quod, cum non, nisi unum, Ecclesiae sit ostium, qui eius membrum esse uelit, illum oporteat, CHRISTVM sequi, uel ideo non minus, quod uideat, eos m. qui primo.

ee) Clauis Ling. S. N. T. p. 335.

ff) Clauis SS. Part. II. Praefat.

gg) Dissp. Academic. IX. §. XXIV. p. 309.

mores erant, c. VII, 47. sqq. synagogae, atque intrare
 nolebant, tn. ante hoc ostium peruenientes, consistere.
 Io. III. 2. Iucundissima sane, qua uitur IESVS, allusio
 ὁμοίωσις ad nomen Messiae, ἐρχομένῃ. Et enim, uel
 sexies, tribus commatibus, adhibet uocem ἔρχεσθαι, et com-
 posita, id quod cuilibet, v. 8. 9. 10. attente legenti, sta-
 tim liquidum. Sed de θύρῃ prius. Aliud quippe ostium
 caulae v. i. aliud ostium ouium propriarum v7. Illud est
 animus Israelitarum, hoc ipse IESVS. Per illud ingredie-
 batur PASTOR VNVS, per hoc introeunt oues in Ec-
 clesiam. Illud erat ostium synagogae, hoc etiamnum ianua
 Ecclesiae. hh) Intelligit a. *semet ipsum*, non in persona, d. in offi-
 cio consideratum, sicut Io. XIV. 6. ii) tum m. haud incom-
 plexe et singulariter, sed complexe, et collectiue in et cum
 ministerio, a semet instituto, sicuti Ebr. I. i. ubi ὁσ̄ i. e.
 filii persona, et filii ministri, designatur. Breuiter et ner-
 uose SCHMIDIVS: per Filium, *sive ἀποπερσώπως*
ipsum, sive per delegatos eius Apostolos. Qui n. illos audit,
CHRISTVM audit. Luc. X. 16. kk) Ceterum ostii cum
 CHRISTO comparationem sollicitam ex LYSERIS,
 Polycarpo, et Guilielmo, GLASSIVS repetiuit ll)
 iam porro semet ostium uenientibus ante se opponit
 v. 8. Quod n. πρὸ ἐμῆ cum connotatione Θύρας hic dixerit,
 penes me saltem, ita certum, atque illud, quod sub intel-
 ligat θύραν, ubi v. 9. dixit: δι' ἐμῆ εἰάν τις εἰσέλθῃ, σωθή-
 σεται. Scilicet opposita, sunt πρὸ θύρας ἔρχεσθαι et διὰ θύ-
 ρας εἰσέρχεσθαι. Illud furum, et latronum est Pharisaeo-
 rum;

hh) Conf. OEDERVS Observatt. sacrae. XXXII. §. 5. p. 500. qui sibi p. 497.
 de consensu Cel. WOLFFII in Cur. Phil. ad h. l. gratulatur.

ii) PRVCKNERVS Vindic. Bibl. ad h. l. p. 650. et ad c. XIV. 6.
 p. 688.

kk) Ap. POLVVM in Synopf. ad h. l.

ll) Exegef. P. III. p. 562.

rum, hoc uerarum ouium. Phrasis *πρὸ θύρας ἔρχεσθαι* nihil *σολομιζοντος* habet, et proprium est furum. Ier. XLIX. 9. Ioel II. 9, Obad. 5. Matth. XXIV. 23. Luc. XII. 33. I. Theff. V. 2. I. Pet. III. 10. Apoc. III. 3. XIV. 15. mm) Fur m. uenit ante fores easdemque nimis occlusas aliquando praeterit, atque *ἀλλὰ χόθεν ἀναβαίνει*, aliquando non satis firmas effringit, interdum etiam ipse adhuc feram addit, ut securius alibi furta peragere queat. Pharisei uenerant uliro, non missi Ier. XXXIII. 21. uenerant ante fores Ecclesiae Christum, partim praetereuntes, atque cataracta quaerentes, Matth. XXII. 42. XXIII. I. sqq. partim effringere conati, Luc. XIX. 47. 48. partim feram obdentes, ne quis alius intraret Joh. IX. 22. Matth. XXIII. 13. Luc. XI. 52. Hinc Seruator talibus furtim *ἐρχομένοις κλέπτουσι καὶ ληστῶσι πρὸ αὐτῶ, οἰονεὶ θύρας, ἐσηκῶσιν* Act. V. 23. opponit semetipsum a Patre missum uerum *ἐρχόμενον* Pf. XL. 8. Gal. IV. 4. Matth. XXI. 5. 9. Apoc. I. 4. 8. collat. Jo. I. 27. quem, cum ipsi suscipere nollent, Jo. V. 43. alios tamen arce-
re ab ostio, et praesepibus non deberent.

Pergit Seruator Optimus in uindictis Apologiae pro sua oue, atque allegat commodum, quod ex fuga Pharisaeorum et accessione ad Ecclesiam capiat sanatus, ita ueluti causam eius perorans: Verum illud uerbum est, uulgo quod dici solet, omnes sibi malle melius esse quam alteri. Quid ergo prosequimini odio mortalem, quod apud me inuenisse gaudeat, quae apud uos frustra quaeruntur: *Ἐγὼ εἰμι ἡ θύρα, δι' ἐμῆ εἰάν τις εἰσέλθῃ σωθήσεται, καὶ εἰσελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται, καὶ νομὴν εὐρήσει* v. 9. Oviculae meae habent *salutem*, habent *libertatem*, habent *pasua*, quae omnia apud uos fame et siti pereuntes oues atque exspirantes frustra anhelant. Deut. XXIX. 19. Jef. XXXII. 6. Nulla uobis *sa-*
lus,

C

mm) Conf. SVICERVS Thesaur. P. II. c. 109.

lus, ut quae extra Ecclesiam non datur. Act. X, 42. Nulla
libertas, quod misellae oues, iugo legis depressae, εἰσέρχε-
σαι καὶ ἐξέρχεσθαι h. e. libere uersari nequeunt. nn) Act.
XV, 10. 11. Rom. II, 15. Gal. V, 1. Nullum denique anima-
rum pabulum, per confragosa loca, atque exsiccata, et ari-
da montium legalium culmina gregem agentibus, uirenti
atque florido Euangelii prato neglecto. oo) At penes me
horum omnium abundantia, ex fidelium Ecclesiae mini-
strorum ὀρθοτομία 2. Tim. II, 15. carpit ouicula mea νομὴν ad
satietatem.

Αὐτὰρ οἱ ἥελιος δείνου νομὸν ὀρμηθῆναι pp) Ps. XXIII.
1. sqq. Quapropter nolite, quaeso, damnare meum. No-
lite impietati, uel incogitantiae tribuere, quod illecebris ue-
stris utramque aurem obruret. v. 8.

In meo, quod restat, sinu, securius uitatur damnum,
propterea, quod ὁ κλέπτῃς ἐν ἔρχεται, εἰ μὴ ἵνα κλέψῃ καὶ
θύσῃ. ἐγὼ ἦλθον ἵνα ζωὴν ἔχωσι καὶ περισσὸν ἔχωσιν. v. 10.
En tibi praeclaram e diametro oppositionem paupertatis
et abundantiae, uitae atque mortis, CHRISTI et Belia-
lis 2. Cor. VI. 14. 15. lex qua pro ἀποσυναγωγῇ suo ar-
gumentatur Seruator, quod, ubi rapinae atque caedes
dominantur, aegre uitari queat damnum, quodque adeo
serpentinae sit prudentiae, columbas, uel oues CHRISTI
loca et aerem quaerere salubriora. Matth. X. 16. Sicubi
iam conscientiae dictamen audiebant Pharisei, negare non
poterant se tales fures, qui, licet non inscio, tamen inuito
Domino, relictis suis artibus, corruptelisque uerbi, cogniti-
onem ueritatis ad pietatem auferrebant, atque uel sic ouile
ἡμετέριον οὐκ ἔστιν ὡς ἀνάστα, καὶ τὰ κτήνη τῆς οὐράς
atque

nn) Phrasis haec ex more Ebraeo libertatem conuersationis importat, sicut
hinc ap. POLVM Synopf ad h. l. hinc ap. SCHWARTZIVM
Comm. L. Gr. sub uoce εἰσέρχεσθαι uidere est Conf. Act. IX. 27. 28.

oo) DANNHAWER Lac. Catechet. P. IX. p. 112. sqq.

pp) HESIODVS. E. 526. ἡ γὰρ ἀνάστα ἡμετέριον οὐκ ἔστιν ὡς ἀνάστα, καὶ τὰ κτήνη τῆς οὐράς

atque synagogam suam depeculabantur ipsi: oues mendacio saginatas, atque obtentu religionis, ueluti sacrificio semet offerentes, caesas, miserandum in modum, sub spe salutis Ezech. XIII. 18. 2. Pet. II. 19. pessundabant aeternum. Matth. XXIII. 15. Ah utinam, quod DORSCHÉVS de Iuda proditore, qq) nobis ingeminandum non fuerit: *ex istis uisceribus maximum latronum agmen enatum est, quod et nos, tanto a Phariseis interuallo distitos, exagitat. Hi mysticum CHRISTI corpus aggrediuntur, et potestatibus inferis produnt: oseulantur, et suauissima omnia pollicentur, sed latrocinantur. Persecutionum horrendarum auctores et incendiarii, seductionum primipili, et uariis excogitatis artibus id agentes, ut CHRISTVM prodant. Latrocinantur ex ruptura Iudae profeminati monstrosarum haeresium defensores &c. Hic nihil tutum! Sed hic m. longe aliter PASTOR BONVS! Ille a Patre missus uenit, non ut perimat, sed ut aeternum beet. Luc. XIX. 10. Io. III. 17. 1. Tim. I. 15 non, ut misellis ouiculis deficiat quidquam doctrinae I. Cor. I. 7. sed ut opimis domus eius thesauris abundant Ps. XXXVI. 9. Col. III. 16. non ut sterili operum iusticia marcescant. Gal. II. 16. sed ut habeant *περισσόν* iustitiae Christi Matth. V. 20. Phil. III. 9. atque ex plenitudine illius capiant *χάρις ἀντὶ χάριτος*. Io. I. 16. ita ut de Archi-Pastoris sui bonitate cum Dauide triumphantes exclament: *כִּי מִן שָׁמַיִם יָרַד נִיחָם* Psalm XXIII. 1.*


Atque hoc ipsum est, quod TIBI PRAESVL SVMME VENERANDE, EPHORE EXOPTATISSIME, ex animo precor, atque certissime futurum auguror. Venisti n. ad nos, de uoluntate DEI, atque Regis, licet inuidentibus nobis Philuraeis, ut intentioni PASTORIS VNICI, pro salute ouillis, Leucoridis, excubantis adhuc, seruires: Non uenisti Cres pacificator, uel

ad genium seculi silentarius, id quod zelus pro pietate, haud infucata, dudum auditoribus Tuis, diu inueto numero, persuasit. Hi m. simplicitatem orationis Tuae, pro rostris sacris, cum uoluptate gustant, quam ipse nuper, Dom. II. p. Trin. cum PASTOR eligereris, admiratus fui, BERGERI memor, qui in incomparabili *de naturali pulchritudine orationis* libro, uere suo, scribit: *Ut recti est ingenii, non dicere ornatus, quam simplex ratio ueritatis ferat, sic magni censetur, omni prouidere consilio, ne, inconsiderata simplicitatis consecratione, frigeat oratio, et ipsa uerborum humilitate, iaceat abiecta.* Usque adeo mihi Longinianum ὁμοῦ cum Paulino Βάπτει coniungere uidebaris. Non uenisti nominis Lutherani hostis, quod uellent fortassis aliqui. Nam concionem primam in Aede OO. SS. ad I. Io. I. 7. uere Lutheranam habitam, uita tali, i. e. sancta, confirmare studes. Non uenisti, ut ministros Ecclesiae, TIBI subordinatos, deprimas, ipsorumque personas aut uiduas contemptui plebis exponas, quod fama aequitatis TVAE atque benignitatis erga egentes iam percerebuit. Breuius uenisse TE uideo, non, ut perdas, sed, ut ex mandato Ἀρχιεπισκόπου i. Tim. IV, 16. sospites, atque salues. Ideoque

יהוה רעף ולא תהסר:

Dabam Pratouii, propter Wittebergam, prid.
Kl. Quintil. 1000 XL.









the scale towards document.

095.

*ei sermonis testantur, Spiritus quidem id tempo-
 deret in eum specie columba, aqua vero & san-
 ere illius profuerent. Nam quod hac de ipsius
 erint, id ipsum quiddam erat, quod naturam
 deret. Cui adstipulatur Algerus lib. I. de
 tom. 6. Bibl. Patr. p. 499. Quia mirum fuit
 lo secundum promissionem Christi Spiritum S. ac-
 uum more vventis non saniem sed sanguinem,
 m vivorum & mortuorum cum sanguine aquam
 ris fundere, quod tamen sicut miraculum sic
 mysterium. Dionys. Carthuf. 4. Sent. dist.
 p. Origo sacramentorum est Passio Christi, de
 amenta fluxerunt. quibus non minus
 si Pontificii fatentur duo Sacramenta Eccle-
 umbrata esse, sed addunt precipua, Janf. in
 3. Hoc duplici fluxu designata sunt duo praci-
 amenta. Maldon. in Matth. 27. Per sangvi-
 qua alimur, per aquam Baptismus, quo na-
 pua salutis nostra Sacramenta significantur.
 ron. T. 10. tract. 48. Emisit sanguinem &
 duorum Sacramentorum, Baptismi, in quo
 Eucharistia, in sanguine potamur. Ita etiam
 ondet Bellarminus l. add. Locus, inquit,
 male ita exponi potest, ut significantur per san-
 Eucharistia & Baptismus, ut exponunt fere
 d non propterea excluduntur cetera Sacra-
 im duo posita sunt, quia sunt magis commu-
 nicipalia, & ex illis poterat idem iudicium
 hoc vero respondemus, (i.) duobus sal-
 & Eucharistia) veram definitionem Sa-
 tere, quod ex inductione patet. Quinque
 enim*